



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Dulwich

|| Vicus Franci Plegii Cum Curia baronis Francisci Caltone Armigeri ibidem tentus die sabbate existente vicesimo septimo die Octobris Anno regni domini Jacobi dei gracia Anglie Scotie Francie & Hibernie Regis fidei defensoris &c Anglie Francie & Hibernie secundo & Scotie tricesimo octavo Coram Henrico Longe generoso Senescallo Lete predictae & sectate Curie predictae secundum consuetudinem Curie illius

ℒ.8.

Essonia  
Querela

Nullus  
Nullus

Essonia  
Querela

Nullus  
Nullus

Jurati pro  
domino Rege

|| Edwardus Fowle generosus §-x-  
Johannes Bone  
Johannes Hale  
Robertus Bagger senior  
Thomas Abecke  
Walterus Bone §-----x-----

Jurati

|| Ricardus Watford §-----x-----  
Johannes Longe  
Johannes Feringe  
Robertus Beste  
Johannes Mathewe  
Johannes Howe §-----x-----

Jurati

Communis Finis iij<sup>s</sup> Qui dicunt super sacramentum suum quod dant domino de communie fine semper per ad hunc diem ex antiqua consuetudinem prout patet in Capite - /

defaltam secte

Et ulterius dicunt super sacramentum suum quod Johannes Staple, Robertus Bagger Junior Christoferus Savage, Johannes Heathe Willelmus Shott, Johannes Lewis Ricardus Parr [=Peare], Robertus Starkeye, Walterus Hethersale, Thomas Hamond [blank] Kytchin generosus Willelmus Ewins generosus Henricus Roper Armiger sunt residentes infra precincta huius Lete & debent sectam ad eandem & modo solempniter exacti non venerunt sed defaultam facerunt Ideo quilibet eorum in misericordia ij<sup>d</sup>

misericordia

Et ulterius dicunt super sacramentum suum quod Robertus Beste habet xij<sup>cem</sup> perticatas fossati a terris Thome Hamond

- Pena vocatis Bouchers feild infra **precincta** huius Lete ad nocumentum Regie vie **ibidem** **pro** defectu esturacionis[**sic**] **Ideo** modo **preceptum** est eidem Roberto **sufficenter** escurare fossatum illud ante festum Phillippi & Jacobi Appostolorum **proxime** futurum sub pena **pro** qualibet **perticata** adtunc infecta §-----vj<sup>d.</sup> /
- Pena **Et ulterius** quod Thomas Hamond **similiter** **habet** xxx **perticatas** fossati **similiter** ad nocumentum Regie vie **adiacentis** terre **predicti** Roberti Beste **Ideo** **similiter** **preceptum** est eidem Thome **sufficenter** esturare[**sic**] fossatum illud ante **predictum** tempus sub pena **predicta** . /
- Pena **Et ulterius** quod Henricus Ropar **generosus** **similiter** **habet** xxx **perticatas** fossati infra **precincta** huius Lete ad nocumentum Regie vie **ibidem** **pro** defectu esturacionis . **Ideo** **similiter** modo **preceptum** est eidem Henrico **sufficenter** esturare fossatum illud ante **predictum** tempus & sub pena **predicta** - -
- Pena **Et ulterius** quod Johannes Stappelles **similiter** **habet** quoddam Fossatum infra **precincta** huius Lete **adiacentem** Regie vie **ibidem** ad nocumentum eiusdem vie iux<sup>ta</sup> terram suam **vocatam** newe Landes a pales Henrici Ropper **generosi** usque terram Johannis Fearinge **pro** defectu esturacionis **Ideo** **preceptum** est eidem Johanni **sufficenter** esturare fossatum illud ante **predictum** tempus sub pena **predicta** . /
- Pena **Et ulterius** quod Arthurus Kyngsland **habet** quoddam fossatum ad nocumentum Regie vie infra **precincta** huius Lete longitudinis viij<sup>o</sup> **perticatas** **pro** defectu esturacionis usque terram Johannis Casinghurste **Ideo** **preceptum** est eidem Arthuro **sufficenter** esturare fossatum illud ante **predictum** tempus sub pena **predicta** . /
- Pena **Et ulterius** quod Johannes Casinghurste **similiter** **habet** quoddam fossatum longitudinis xx **perticatas** ad nocumentum Regie vie in **precincta** huius Lete **pro** defectu esturacionis **per** terram Arthuri Kingsland usque terram Thome Abecke **Ideo** modo **preceptum** est eidem Johanni **sufficenter** esturare fossatum illud ante **predictum** tempus sub pena **predicta**.
- Pena **Et ulterius** quod Thomas Abecke **similiter** **habet** quoddam fossatum infra **precincta** huius Lete ad nocumentum - - Regie vie **ibidem** **pro** defectu esturacionis eiusdem longitudinis xvj **perticatas** a terre Johannis Casinghurst usque terram Ricardi Peare **Ideo** modo **preceptum** est eidem Thome **sufficenter** esturare fossatum illud ante **predictum** tempus sub pena **predicta**.

- Pena Et ulterius quod Thomas [sic, Ricardus] Peare similiter habet quoddam fossatum longitudinis xij perticatas ad nocumentum Regie vie infra precincta huius Lete pro defectu esturacionis a terre Thome Abecke usque pomarium Johannis Hunte Ideo similiter preceptum est eide m Thome sufficienter esturare fossatum illud ante predictum tempus sub pena predicta.
- Pena Et ulterius quod Johannes Hunte similiter habet vj perticatas fossati inesturati ad nocumentum Regie vie infra precincta huius Lete usque ianuam Ricardi Peare Ideo similiter preceptum est eidem Johanni sufficienter esturare fossatum illud ante predictum tempus sub pena predicta - -
- Ad hunc Vicum iniunctum est [blank] Lewes vidue iacere & deponere quendam pontem vocatam a - - - Wholme ante ianuam suam et esturare fossatum suum ibidem Ita quod aqua ibidem habeat rectum cursum suum prout solet & debet ante festum Natalis domini proxime futurum sub pena §----- v s. .
- Pena Et ulterius quod Christoferus Savaye[sic] habet xx perticatas fossati iux<sup>ta</sup> terram Johannis Hall infra precincta huius Lete ad nocumentum Regie vie ibidem pro defectu esturacionis Ideo modo preceptum est eidem Christoferi sufficienter esturare fossatum illud ante festum Phillippi & Jacobi apostolorum proxime futurum sub pena pro qualibet perticata adtunc infecta §--vj<sup>d</sup>.
- Pena Et ulterius quod Johannes Hall similiter habet quoddam fossatum longitudinis xxx perticatas infra precincta huius Lete ad nocumentum Regie vie ibidem pro defectu esturacionis a terra Christoferi Savaye[sic] usque pontem pedestrem Anglice the foote bridge & de inde [blank] usque le Comon [blank] infra precincta Manerij ante festum sancti Johannis Baptiste proximum sub pena predicta.
- misericordia Et ulterius dicunt super sacramentum suum quod Matheus Wythers fecit transgressionem cum averijs suis in bosco vocato Hamondes Coppies cont<sup>ra</sup> ordinacionem preantea factam infra Manerium predictum & consuetudinem Manerij illius Ideo ipse in misericordia .
- misericordia Et ulterius quod Walterus Bonne & Johannes Ambler asportaverunt unum carrectum spinarum a Communie de Dulwich infra manerium predictum & eas vendiderunt cuidam [blank] George generoso similiter cont<sup>ra</sup> ordinacionem & consuetudinem predictum Ideo uterque eorum in misericordia
- misericordia # Et ulterius quod Nicholaus Randolle de Lodlinge succidit subboscum infra Communiem huius Manerij vocatum Furs super Dulwich Comon & fodit terram Anglice turves ibidem super Communiem illam non existens tenens istius Manerij similiter cont<sup>ra</sup> - -

- ordinaciones & consuetudines predictas Ideo ipse in misericordia §----- vj<sup>s</sup>. viij<sup>d</sup>.
- misericordia** Et ulterius quod Ricardus Buckland Miles per servientes suos succidit duos Carectas subbosci vocati Fires & eas - - asportaverunt a Communie & libertate De Dulwich cont<sup>ra</sup> ordinem & consuetudinem predictas Ideo ipse in misericordia §---- vj<sup>s</sup>. viij<sup>d</sup>.
- misericordia** Et ulterius quod Willelmus Catisbye de Lewsame asportavit unam carectam spinarum vocatarum Fires a Communie de Dulwich cont<sup>ra</sup> ordinem & consuetudinem predictas Ideo ipse in misericordia §---- vj<sup>s</sup>. viij<sup>d</sup>.
- misericordia** Et ulterius quod Thomas Parry generosus & [blank] Waters serviens eius fregerunt parcellam sepi Anglice A gappe in boscum versus Hamondes Coppes Ideo ipse in misericordia . /
- misericordia** Et ulterius quod Thomas Hamond & Christoferus Savaye fregerunt & intraverunt in boscum vocatum Hamondes Coppes cont<sup>ra</sup> consuetudinem & ordinationem predicta Ideo ipsi in misericordia /
- Ad hunc vicum iniunctum est Thome Parry facere duo stipula Anglice steppes ad duo scala sua Anglice stiles infra precincta huius Lete ante proximam Letam sub pena .
- Ad hunc vicum similiter iniunctum est Willelmo George similiter facere unum stipulum ad scala sua inter Evance[sic] ante predictum tempus sub pena . /
- Ad hunc vicum similiter preceptum est [blank] Hoppkyns generoso facere stipula ad scalla sua in terras vocatas Blanch downe & asportare Limen[sic, limum] suam Anglice his Mudde per ipsum dijectam in viam pedestram ext<sup>ra</sup> stagnam suam ad nocumentum vie illius infra precincta huius Lete ducentis versus Londone & ecclesiam de Dullwiche .

[End of K3 [previously L8] (recto). K3 [previously L8] (verso) follows below.]

Roll K3 [previously L8] (verso) On the right-hand side of the triangular flap at the top of this side of the Roll is written, in pencil (below some erased text, also in pencil, now illegible) what looks like :

23 Eliz 3 Jas I  
13  
21

[Saturday] 27 Oct 1604 (continued)

L 8 v

Ad hunc vicum iniunctum est Francisco Calton Armigeri facere unum parr cipporum infra precincta huius Lete ante proximam Letam sub pena forisfacture domini Regi §---- xl<sup>s</sup>.

## Ordinacio

Ad hunc vicum ordinatum est per concensum & assensum omnium & singulorum tenentium modo ad hunc vicum comparentium & iurati existentes quod si aliqua persona sive persone imposterum succiderint vel asportaverint ullas spinas extra manerium Locum fori sfaciet domino pro quallibet carrectata spinarum istud ad aliquem illarum decem solidos Et ulterius similiter aggregatum & ordinatum est in forma predicta quod si ipsi vel ipsi qui sic succiderint spinas illas existentes tenentes Manerij predicti forisfacient domino istius Manerij §---- x<sup>s</sup> . /



## Nunc pro Curia

## Homagium

§ Thomas Parry §----- Juratur

Inquisicio

defaltas

tenentium

Humfrus

Emersone

Finis §--xvij<sup>s</sup> .

iiijd.

Capitales ex officio senescalli <sup>iiijd.</sup> per sacramentum homagiorum <sup>iiijd.</sup> predictorum qui dicunt <sup>iiijd.</sup> super sacramentum suum quod Edwardus <sup>[sic]</sup> Bowier Miles Johannes Bowier <sup>iiijd.</sup> generosus Elias Parry & Thomas Turner sunt tenentes domini huius Manerij Et debent sectam ad hanc Curiam Et modo solempniter exacti non venerunt sed defaultam fecerunt Ideo quilibet eorum in misericordia prout patet super eorum capitibus . /

§ Ad Hanc Curiam Compertum est per homagium predictum quod Humfrus Emersone unus tenentium customariorum huius Manerij post ultimam Curiam obiit seisis de & in una acra terre customarie cum pertinenciis vocata Kennalles unde accidit domino herietus videlicet iiijd. existens redditus unius Anni debitus domino pro predicta acra terre secundum consuetudinem Manerij predicti quia predictus Humfrus tempore mortis sui nulla habuit animalia Et quod Henricus Emersone est eius - - consanguinius <sup>[sic]</sup> & proximus heres secundum consuetudinem Manerij illius & plene etatis Super quo modo sedente hac Curia hic venit predictus Henricus Emersone in propria persona sua & humiliter petijt de domino huius Manerij <sup>se</sup> admitti tenentem ad predictam acram terre cum pertinenciis Cui dominus per Senescallum suum predictum concessit ei inde seisinam Habendum & tenendum sibi et heredibus suis de domino Manerij illius per virgam ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij predicti per fidelitatem, sectam Curie redditum & allia consuetudines inde prius debita & de iure consueta Et idem Henricus Emersone solvit domino relevium predictum dat domino de fine pro ingressu suo prout patet in Capite fecit inde domino fidelitatem & admissus est inde tenens - - tenendum in forma predicta . /

Ad Hanc Curiam ulterius Compertum est per totum homagium predictum quod Ricardus Curstone unus tenentium customariorum huius Manerij post ultimam Curiam similiter obiit seisis de & in uno tenemento & tribus acris terre customarie sive plus sive minus cum pertinenciis tentis de domino istius Manerij unde accidit domino de herietto videlicet xijd. existens redditus pro uno Anno integro debitus domino Manerij illius pro tenementa predicta secundum consuetudinem Manerij predicti Quia predictus Ricardus Curstone tempore mortis sui nulla habuit animalia Et quod Edmundus Curstone est proximus heres ipsius Ricardi Curstone fratris sui Junioris per & secundum consuetudinem Manerij predicti Et plene etatis Super quo modo sedente hac Curia hic venit predictus Edmundus in propria persona sua & humiliter petijt de domino Manerij illius se admitti tenens

Finis §--ij<sup>xi</sup> .

premissorum Cui dominus per Senescallum suum predictum concessit ei inde seisinam habendum & tenendum sibi & heredibus suis de domino huius Manerij per virgam ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij illius per fidelitatem sectam Curie redditum & alia consuetudines & servicia inde prius debita & de iure consueta Et idem Edmundus solvit domino relevium predictum Et dat domino pro fine pro ingressu suo prout patet in Capite Et fecit inde domino fidelitatem Et admissus est inde tenens tenendum in forma predicta .

Licenciam

Ad Hanc Curiam hic in plena Curia venit Edmundus Bowier Miles unus tenentium customariorum istius - - Manerij & petijt de domino Manerij illius Licenciam ad firmam dimittere tres parcelas terre customarie istius Manerij continentes undecem acras sive plus sive minus modo in tenura & occupatione Johannis Hall vel assignatorum suorum existentes parcelas terrarum & tenementorum customariorum ipsius Edmundi tentas de domino Manerij illius cuidam Jacobo Draper & assignatibus suis pro termino viginti & unius Annorum incipiendo imediate post mortem - - - Johanne Haul modo uxoris predicti Johannis Haul Cui quidem Edmundo Dominus concessit inde licenciam in forma predicta Et idem Edmundus dat domino pro fine pro licencia illa prout patet in capite quam quidem finem dominus ex gracia sua speciali pardonavit Ideo idem Edmundus de finis illius Sat[sic, ?erit] inde quietus. /

Finis §---vij<sup>s</sup>.

[End of Roll K3 [previously L8].]